

Alis, aut adorauit illa figmenta, ac non potius libere tanquam martyris Christi detestanda & vitanda monstrauit. De nullis igitur Apostolicis actibus siue sermonibus isti proferunt imitanda exempla mentione di. De Propheticis ergo factis seu dictis ideo sibi videtur habere quod proferat, quia figurae praenuntiationes putant esse mendacia, eo quod medacij sunt aliquid similia. Sed cum referuntur ad eas res propter quas significandas ita facta vel dicta sunt, reperiuntur significations esse veraces, ac per hoc nullo modo esse mendacia. Menda cium est quippe falsa significatio cum voluntate fallendi. Non est autem falsa significatio, vbi & si aliud ex alio significatur, verum est tamen quod significatur si recte intelligatur.

Euangelij locorum quorundam qui videntur patrocinari me dacio senatus quis. **C.** **XIII.** **L.** **uc.** **8.** **I.** **oan.** **II.**

Sunt quædam eiusmodi etiam saluatoris in Euangelio, quia & ipse dominus Prophetarum Propheta esse dignatus est. Tali sunt illa, vbi de muliere que fluxum sanguinis patiebatur, ait, Quis metet? Et de Lazar. Vbi posuitis eum? Sic quippe interrogavit quasi nesciens quod utique sciebat. Ac per hoc nescire se finxit, vt aliquid aliud illa velut ignoratio sua significaret. Quæ significatio quoniam verax erat, mendacum profecto non erat. Eos namque significabant, hec illa fluxum sanguinis patiens, siue ille mortuus quadriduanus, quos etiam qui cuncta sciebat quodammodo nesciebat. Nam & illa typum gerat plebis gentium, unde præmissa fuerat Prophettia, Populus quem non cognovit, seruit mihi. Et Lazarus remotus à viventibus tāquam ibi iacebat per significatiūm similitudinem, vbi ille cuius vox est, Proiectus sum à facie oculorum tuorum. Et ideo tanquam nesciret a Christo, & illa quæ fuerit, & iste vbi posuit fuerit, verbis interrogantis est figurata, & omnem vitatum veraci significatio mendacum. Hinc est etiam illud quod commemorati eos dicere, dominum Iesum posteaquam resurrexit, ambulasse in itinere cum duobus discipulis, & propinquatibus eis castello quo ibant, illum longius se ire finxit: vbi Euangelista dicens, Ipse autem se finxit longius ire: etiam ipsum verbum posuit, quo mendaces nimium delectantur vt impinguantur: quasi mendacia sit omne quod fingitur, cum veraciter aliud ex alio significandi gratia tam multa fingantur. Si ergo nihil aliud significasset Iesus in eo quod longius ire se finxit, merito iudicaret esse mendacum. Porro autem si bene intelligatur, & ad id quod voluit significare referatur, inueniatur esse mysterium. Alioquin erunt cuncta mendacia quæ propter quædam rerum significandarum similitudinem cum gesta non sint, tanquam gesta narrantur. Vnde est illa de duobus viuis hominis filijs, maiore qui manit apud patrem suum, & minore qui longius peregrinatus est, tā prolixia narratio. In quo genere fingendu, humana etiam facta vel dicta, irrationalibus animalibus & rebus sensu parentibus, homines addiderunt, vt eiusmodi fictis narrationibus, sed veracibus significacionibus quod vellent commendatiūs intimarent. Nec apud authores tantum secularium literarum, vt apud Homerum, mus loquitur muri, & mustela vulpecula, vt per narrationem fictam ad id quod agitur, vera significatio referatur. Vnde & E sopi tales fabulas ad eum finem relatas, nullus tam ineruditus fuerit, qui putaret appellanda mendacia. Sed in literis quoque fabris, sicut in libro Iudicum, Ligna sibi regem requirent, & loquuntur ad oleam, & ad ficum, & ad vitem, & ad rubrum. Quod utique totum fingitur, vt ad rem quæ intenditur, ficta quidem narratione, non mendaciam tamen, sed veraci significacione veniat. Hæc dixi propter id quod scriptum est de Iesu. Et ipse se finxit longius ire. Ne quisquam ex hoc verbo sicut Priscillianistæ licetum volens habere mendacium, insuper etiam Christum contendat fuisse mentitum.

T omus quartus.

Quisquis autem vult intelligere illud fingendo quid D præfigurari, attendat quid agendo perficerit. Longius namque postea profectus super omnes cœlos, non tamen deferunt discipulos suos. Propter hoc significandum futurum diuinitatem factum, ad præsens illud est humanitas factum. Et ideo significatio verax in illa est fictione præmissa, quia in hac profecitione illius est significatio veritas subsecuta. Ille igitur contendat Christum mentitum esse fingendo, qui negat eum quod significavit impleuisse faciendo.

Quia ergo non inueniunt mendaces hæretici Quod sa in testamento noui literis imitanda exempla mendacij, copiosissimos se existimat in hac disputatione qua pture exē opinantur esse mentendum, cum de veteribus Prophetis libris, quia non ibi apparent nisi intelligentiæ imitanda C. XIII

psalmodi etiam signifiatiūa dicta vel facta veracia, multa fibi videntur inuenire ac proferre mendacia. Sed habent cupientes quibus se tueantur velut imitanda exempla fallendi, se ipsos fallunt, & mentitum eorum iniquitas fibi. Illæ autem personæ Psal. 26. quas credendum ibi non est prophetare voluisse, si quid faciendo vel dicendo finixerunt voluntate fallendi, quanvis ex ipsis quoque factis earum, siue dictis aliquid Propheticum possit excipi, per illius omnipotentiam præseminatum atque dispositum, qui bene

vt inquit etiam malis hominum, tamen quantum ad ipsas attinet sine dubitatione mentitæ sunt. Sed non ideo debent imitanda existimari, quia in eis resperiuntur libris, qui sancti & diuini merito nominantur. Habent enim cōscripta & mala hominum & bona illa vitanda, se sestanda: & quædam ita posita ut de illis etiam prolata sit sententia, quædam vero tacito ibi iudicis nobis iudicanda permissa: quoniam non solum nos nutriri manifestis, verum & exerceri oportebat obfiscari. Cur autem isti imitandam fibi

Thamar existimant mentientem, & imitandum Iudam non existimant formicantem? Ibi enim utriusque

legerunt, & nihil horum scriptura illa siue culpauit, siue laudauit sed tantummodo utriusque narravit, & iudicandum nobis utrumque dimisit. Sed mirum si aliquid horum imitandum impune permisit. Quod enim Thamar non meretricandi libidine, sed concipiendi voluntate mentita sit, nouimus. Verum & fornicatio etiam si Iudæ talis non fuit, potest esse cuiuspiam qua faciat ut homo liberetur, sicut illius mendacium fuit ut homo conciperetur. Nunquid propterea etiam fornicandum est, si propter illud putatur fuisse mentendum? Non de solo itaque mendacio, sed de omnibus operibus hominum in quibus existunt velut F compensatiūa peccata, considerandum est quam sententiam proferre debeamus, ne aperiāmus aditum, non tantum parvus quibusque peccatis, verum etiam sceleribus cunctis, nullumque remaneat facinus, flagitium, sacrilegium, in quo causa non possit existere qua recte videatur esse faciendum, vniuersamq; vitæ probitatem opino ista subvertat.

Nihil autem mendacium iudicandum est dicere, qui dicit aliqua iusta esse ciui semper mendacia, nisi aliqua iusta esse peccata, ac per hoc aliæ esse peccata, qua iusta esse quæ iniusta sunt. Q uo quid absurdius tum. Ca.

dici potest? Vnde enim est peccatum, nisi quia iusta est contrarium est? Dicantur ergo alia magna, alia parua esse peccata, quia verum est, nec auscultandum Stoicis qui omnia paria esse contendunt. Dicent autem quodam iusta esse peccata, quid opinio, est aliud quād dicere quodam iusta esse iniustas, quodam iustas iniquitas, cum dicat Apostolus Ioannes, Omnis qui facit peccatum, facit & iniquitatem: & 1. Ioan. 3. peccatum iniquitas est? Non ergo potest iustum esse peccatum, nisi cum peccati nomine in alia re ponimus, in qua quisque non peccat, sed aut facit aliquid, aut patitur pro peccato. Nam & sacrificia pro peccatis peccata appellata sunt, & pœnae peccatorum dicuntur.

b iii tur